

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

Meier, Gebhard Theodor

Helmstadii, 1696

§. LXXVI.

urn:nbn:de:bsz:31-105465

adventum in domum Patris sit deportaturus. Deinde non leviter hic aberrant in eo, quod pro sponsâ Christi illos ē fidelibus tantum habeant, qui in Ecclesiâ supernâ futuri sunt, ut ex eodem loco Animadversionis appetat, cum potius præconium hoc toti Ecclesiæ, omnibusq; fidelibus competit, qua de re tamen hoc loco litem Chiliaстis non movebo.

LXXVI. Hypothesis xxii. Ecclesia autem in terris Christi præsentia, quâ per M. annos gavisa fuit, carrens, denuo infestabitur à Gogi & Magogi reliquiis per illud M. annorum spatium in immensum auctis, quas tamen in ipso molimine Deus igne cœlitus dimisso consumet, ac tum ipsam etiam mortem tollet. Ita enim habet Animadv. §. 19. *Post absoluta illa tempora iterum Gog & Magog in posteris suis, in M. illis annis in locis suis ab Hierosolymâ remotissimis augescentibus & in sal sedine suâ & obdurate manentibus, Ezech. XLVII II. visitabitur, unâ cum Sathanâ, qui ex abyssô per parvum temporis spatium solutus, & contradicteam Dei urbem sese & Gog & Magog movens in lacum ardente, ubi bestia & pseudopropheta erant, destrudetur.* Sed & horum vanitatem deprehendere possumus ex illis, quæ antea thes. 17. deducta sunt, scilicet, nullas reliquias Gogi & Magogi post judicium in adventu Christi habitum, in terris residuas posse manere. De mortis abolitione habentur hæc in Glau. Gespr. p. 790. *Denn ob der Todt zur selbigen Zeit (tempore primæ resurrectionis) noch nicht aufgehoben ist / sondern erst nach den Apocalyptischen 1000. Jahren / wenn du dem Vater das Reich überantworten wirst / aufgehaben / und in den feurigen Pfuhl geworfen wird; &c. Huc trahit illud Apoc. xx. 14. ubi tamen longe aliam mortem intelligendam esse, quam mortem cor-*

corporis, inde
supporum, q
ens mere priv
cipere queat,
subiure adver
vel sola quicqu
hi Chiliaстis, s

LXXVII. I
venis vivens ir
i Christo singu
re hoc Animad
versum, quæ
mutatione ad
dimissione
et ad celestia
il quod pugn
et adventum
emonstratur

LXXVIII.
um Christi j
Christus no
mertui sustan
suff. p. 837.

mentus baurias
Deo instituen
mortuos esse ju
p. M. annos
silenter mo
p. 18. &c. C
curia comple
minino legi hi
Vanitatis Chil

LXXIX.



corporis, inde patet, quod mors non sit substantia vel suppositum, quod in aliquem locum possit projici; sed ens merè privativum, adeoq; nonens. Quis vero concipere queat, qua ratione nonentia possint in lacum sulphure adventum projici? Manifesta absurditas, quā vel solā quicquid ex Prophetarum Oraculis eruunt nostri Chiliaстæ, satis suspectum reddere valeant.

LXXVII. Hypothesis xxiii. Post hæc Ecclesia in terris vivens in ipsum cœlum deportabitur, postquam à Christo singuli fideles prius erunt immutati. Docet hoc Animadv. §. 33. Quicunq; in hanc florentem „ Ecclesiam, quæ in terris est, è deserto intrant, illi ex- „ tribulatione ad felicem aliquem statum pervenient „ & promissione sanctâ fruuntur, usq; dum ipsi immu- „ tati ad cœlestia transferantur. Conf. Sendschr. §. II. „ Id quod pugnat contrà thesin. 23. ubi fideles statim post adventum Christi in cœlum assummendos esse demonstratum est.

LXXVIII. Hypothesis xxiv. Sequetur hæc alterum Christi judicium in solos mortuos habendum, ita ut Christus non descendat, ad ipsos judicandos; sed mortui sistantur ipsi. Agitur hac de re in Glaubens- Gespr. p. 837. Item in Animadv. §. 26. *Atque ut hæc „ pleniū haurias, notandum est, in judicio post M. annos „ à Deo instituendo non vivos & mortuos, sed tantum „ mortuos esse judicandos. &c.* Et interjectis nonnullis: *Post M. annos non descensurus est Christus, sed omnes i- „ psi sistentur mortui.* Quæ impingunt in thesin. 7. 8. 16. 18. &c. Cæterum omnia regnum M. annorum se- cutura complexus est Animadvertis in §. 27. qui o- mnino legi hic meretur.

LXXIX. Breviter autem ut complectar totum vanitatis Chiliaстicæ nexum, & sub continuâ narra-